1191

Actum in Castro Præmisliensi Feria Secunda post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

10/III 1670

169

Ilnicki Rybczyc Tureckiego Quietat

Comparens Inaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneatus Premisliensibus Generosus Andreas Ilnicki Rybczyc ab Una et Michael Turecki parte ab altera Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque Suis quibuscunque propriis et Competentibus recedendo praesentiuero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet Secum Successoribus ac Bonis Suis quibuscunque omnibus totaliter et plenarie incorporando datque Subiiciendo palam libere publice ac perexpressum recognouerunt et quilibet illorum Suo pro interesse Recognouit Quia ipsi sese mutuo et inuicem cum Posteris Suis de Intercisa Certa inter se Regnentes ratione Certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum de Actu et Data eiusdem Intercisae Premisliae Feria Quarta ante Festum Sancti Mathiae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono Confecta et Conscripta manibus Sui Recognoscentium propriis ab utrinque Subscripta Actisque Terrestribus seu Capituralibus Premisliensibus Sub Interregno Cum Interpositione Vadii Duorum Millium Centum Quinquaginta florenorum polon roborata tum de eiusdem Intercisae Roboratoria Inscriptione Terrestri seu Capturali Premisliensi omnibusque et singulis eiusdem Intercisae Contentis et Ligamentis ob praestitam

1172

sibi Recognitionem ratione Contentorum eiusdem Intercisae per solutionem ab utrinque satisfactionem quietat emittunt et liberos perpetuo pronuntiant Intercisam praefatam ac illius Inscriptionem Roboratoriam in toto cassant mortificant et annihilant sibi et suis posteris ratione Contentorum eiusdem Intercisae perpetuum imponendo silentium.

Tureckie Ilnickiem roborant

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Premisliensis Generosus Michael Turecki ab una et Andreas Ilnicki atque Marianna Gieraltowna Coniuges ultimi parte ab altera sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni quoniam Actum hunc attinet se Cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac perexpressum Recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse Recognovit. Quia ipsi et quidem Generosa Ilnicka Cum Marito sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infra regnenda Consensu sibi mutuo et invicem Una Pars alteri ac Posteris Utriusque Partis se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam Certam inter se Regnentes ratione Certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum. De Actu et Data illius Premisliae die hodierna in Actu Contentae Consecutae Conscriptae manibus Recognoscentium et quidem Generosi Ilnicki suo et Consortis suae nomine propriis ab utrinque subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus

169